Quelle: https://manuscripta.at/?ID=32474
Copyright: Schlierbach, Zisterzienserkloster



tuc inspectione hominis facie iracunda et terribili
protinus perterritur et fugatur Sed tamen multum est homini ca
uendum dum eum sic inspiciat quod non timeat
piscem sed ipsum horribiliter inspiciat et audacter
Nam dum piscis hominem vidit timere non re
cedit sed nauigium mordet et dilacerat inquantum potest
Sed cum homo piscem audacter et horribiliter in
spicit facie iracunda extunc piscis perterritus
relicto nauigio recedit Audiui aualde nota
bili nauta quod dum esset iuuenis cum paruo naui
gio in eiusdem piscis periculo incidisset et quidam iu
uenis secum erat in nauigio qui se multum fero
cem reputabat et audacem et obuiantem pisci pre
audacia quam habere putabat sibi panem dare
noluit Sed cum fune de nauicula usque ad aquam
inspiciendum piscem facie iracunda ut est moris
se dimisit et statim viso piscis timore perterritus
quod ipsum cum fune retraherent sociis protinus excla
mauit Et piscis viso hominis timore dum
retrahebatur saltans ex aqua usque ad ventrem
Uno morsu amputauit et nauicula relinquens
abcessit Dicitur etiam quod idem piscis non sit ad
iactum lapidis longus nec tamen sit grossus Sed
caput eius sit maximum et grossum Et omnia dam
na que nauigiis infert facit mordendo et dilacerando